



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXII.**

22. Junij. 10. Cal. Julij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

ratissimo, & jam damnato latrone, videt  
mutatum esse in monachum, sanctitatis i-  
tulo dignum? Sed & quis non imietur pœ-  
nitentem, qui se noverit pariter nocentem?  
Jam calo intulit pedem, cui pœnitentia  
deserit esse amara.

Pœni-  
tentia.

S. BERNARDUS, ser. 61. in Cant.

Quid enim, si multorum sum mihi <sup>Spes in</sup>  
consciis delictorum? Nempe ubi ab- <sup>miseri-</sup>  
undavit delictum, superabundabit & <sup>cordia</sup>  
gratia. Et si misericordiae Domini <sup>DEI.</sup>  
ab aeterno usq; in aeternum: ego quoq;  
misericordias Domini in aeternum  
cantabo.



22. Junij. 10. Cal. Julij.

**B**ARNOLDE, Villariensis Conver- <sup>Floruit</sup>  
se; qui tanta severitate in gulæ vi- <sup>anno</sup>  
tium animadvertisti, ut ex abstinentiâ <sup>1222.</sup>  
denique nata fuerit totalis inedia; sto-  
macho nullos omnino cibos pacificè  
recipiente. Quam ob causam cum in  
manifesto vitæ periculo, auxilia hu-  
mana nihil proficerent, pio errori re-  
medium cœlites submiserunt: dum se-  
cundum quietem visa tibi est S. Maria  
Magdalena



*Absti-  
nencia  
rigida.*

Magdalena leni pectoris attactu molestiam omnem abstergere. Ita viribus repente auctus ad nova praelia appetitum vocasti, escas quidem admittens, sed utque adeo modicas vilisque, ut à prodigio continuo nihil abfuerit, sic vitam sustentare. Integram nempe famem allaturus eras ad mensam coelestem, ad quam te tandem beata mors invitavit. *Sospitatem animæ & corporis invenit, qui gulæ gulam fregit. Tu tange pectus meum, & move ad veræ sobrietatis, si non abstinentiæ rigidioris amorem.*

*Passus.  
anno  
2222.*

B. SERLO, Meylrosæ in Anglia a sceta, doctrina & pietate insignis: quarum virtutum intuitu te B. Adamus, Cathenensis Episcopus, in coadjutorem, & Verbi DEI ministrum assumpsit. Cùmque ambo Jura Ecclesiastica strenuè defenderetis, ab impijs in vasoribus, post plagas & vulnera, in flammantem furnum injecti, pro Justitiæ Martyres evolastis in cælum. Nec inulta sæviebat impietas, tortoribus illis per pavenda mortis genera illico consumptis. *Utinam dignaretur Deus cor meum injicere in ardentem furnum amoris sui! quàm gratum illi offerrem holocaustum, si redacto in cineres & nihilum omni vitioso amore, solo illo vere vitali calore viveret anima mea!*

S. Ber.



S. BERNARDUS, ser. 83. in Cant.

Solus est amor ex omnibus anima <sup>Amor</sup>  
 motibus, sensibus, atq; affectibus, in <sup>DEL.</sup>  
 quo potest creatura, etsi non ex equo  
 respondere auctori, vel de simili mu-  
 tuam rependere vicem.



23. Junij. 9. Cal. Julij.

**B** MARIA de Aegnes; admirandæ <sup>Obijs.</sup>  
 sanctitatis virgo: quæ sub habitu <sup>anno</sup>  
 & Instituto Cisterciensi solitariam vi- <sup>1213.</sup>  
 tam professa, totam Leodiensem pro-  
 vinciam virtutum tuarum famâ reple-  
 visti. Felices se existimabant viri un-  
 dequaque clarissimi, si familiari allo-  
 quio tuo, per angustæ fenestræ cancel-  
 los frui concederetur: quos nunquam  
 sinè multo spirituali profectu à te di-  
 mittebas. Hi cum eandem ob causam <sup>Orans</sup>  
 frequenter accederent, non rarò te o- <sup>eleva-</sup>  
 rationi intentam, & unà cum MARIA <sup>tur à</sup>  
 Deipara in aère sublimem offendere. <sup>terra.</sup>  
 Sentiebant interea te matrem paupe-  
 res, quos consilio, & auro hinc inde e-  
 mendicato sublevabas. Medicam ma-  
 num laudabant morbis desperatissimis  
 cruciati, quos tamen non antè donare  
 sospitate.